8071 34 [= 6305, 7] *a casseruola con leggenda sul manico.* Herculanei rep. m. Oct. 1861.
b patera aenea Herculanei.
c in manubrio paterae aeneae [Neapoli in mus. n. 1260].

c / CIPI HILAT//

a In actis effossionum Herculanensium sic: TIP·LAR.
b Bayardi catal. p. 196 sic: CIPI·BI...
c Descripsit Dressel.

---

35 in manubrio trullae aeneae [Neapoli in mus. duobus ex.].

P CIPI · HYMNI

Descripsit Dressel.

---

36 *a* in manubrio paterae ANT. HERC.
b. c in manubriis trullarum aenearum [Neapoli in mus. publ. n. 36. 91].
d in manubrio trullae aeneae [Neapoli mus. n. 10 anni 1874].
e—i in manubriis paterarum aenearum [Neapoli in mus. n. 1257. 1245. 1251. 1242. 1254].

b. d P · CIPI · POLYBI

a Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 153 sic: POPPPOLYBI.
b—i Descripsit Dressel, in his *c* sic: P·CIPI·POL·I·BN, *e* sic: /////IPIPOLYBI, *f* sic: PCIPIPOLYI/////, *g* sic: PCIPI·POLY·BI, *h* sic: PCIP·I·POLY·BN, *i* (lectionis incertae) sic: ///CIPIPOLIT

---

37 in manubrio trullae aeneae [Neapoli in mus. n. 192].

CIPI SATVRNINO sic

Descripsit Dressel.
Fuit fortasse SATVRIN·O*f* Dressel.

---

38 [= 6305, 5] in ansa utraque situlae aeneae impressum rep. Pompeiis [est Neapoli in museo n. 68854].

CORNELIAS · CHELDON'

Recognovit de Petra. Ant. Hercul. ined. vol. II tab. 217; *Mus. Borb.* tom. III tab. 14; Gerhard *Neap. ant. Bildw.* p. 168.
Sic de Petra; CORNELIAES CHELIDONIS Mus. Borb.; CORNELIAES CHELIDONI Ant. Herc.; CORNELIA · SCRIBONIA Gerh. dubitans.

---

39 *a* in manubrio trullae aeneae [Neapoli in mus. duobus ex.].
b in manubrio trullae aeneae Pompeiis [in repositis].

a /A · GABINI ACV//
b / GABINI ACVL/

a. b Descripsit Dressel.
Praenomen aut A aut M fuit.

8071 40 instrumentum aeneum huius formae:



long. mill. 125 incerti usus, Pompeiis rep. [Neapoli in mus. n. 271].

HERMAE bis repetitum

Descripsit Dressel. Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 69.

---

41 in tabella ansata pendente e lucerna aenea bilychni rep. Pompeiis reg. I ins. IV n. 15/6 [Neapoli mus.].

D · IVNI
PROQVLI

Recognovit Dressel. Minervini *Bull. Napol.* N. S. 2, 118; Acta Pompeiana 9 Dec. 1853 [ed. 2, 587]; Fiorelli *descr. di Pompei* (1875) p. 67.

8071 42 fistula aenea [Neapoli mus. n. 111954].

L · MARI SOPATRI punctim scr.

Descripsit de Petra.

---

43 *a. b* in manubriis trullarum aenearum [Neapoli in mus. n. 93. 164].

a Q · Q · MASV//
b Q · MASVRI integra est

a. b Descripsit Dressel.

---

44 impressum in operculo patinave (ex aere cretave) formae ovalis. Inter Herculanensia.

MEQIV | CAMP

Antiquitates Herculanenses ined. vol. II tab. 198.

---

45 in manubrio paterae aeneae [Neapoli in mus. publ. n. 1256].

L · L · NAEVIO·r

Dressel descripsit.

---

46 *a. b. c. d* in manubriis trullarum aenearum quattuor. [Neapoli in mus. n. 33 et 55 et aliis duobus].
e in manubrio paterae [Neapoli in mus. n. 1253].

M NÆVI CERIALIS

a—e Descripsit Dressel.

47 in manubrio trullae aeneae [Neapoli in mus. n. 102].

CERIALIS

Descripsit Dressel.
Initio nihil deesse videtur.

---

48 *in braciera rettangolare di bronzo lunga pal. 9 e larga pal. 3. 10, sul lato che trovossi adossato al muro.* Pompeiis rep. in thermis [Neapoli mus.].

M · NIGIDIVS vacca P · S

Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 43 (44). Acta Pompeiana 10 Iun. 1857 [ed. 2, 650]. Edi debuit cum titulis subselliorum trium ab eodem M. Nigidio Vaccula in thermis collocatorum supra n. 818. Luculentum exemplum est cognominis repraesentati signo.

---

49 in manubrio trullae aeneae [Neapoli in mus.].

C OPPI · PRISCI

Dressel descripsit.

---

50 *a* in margine labri aenei Pompeiis ut videtur reperti. [Neapoli in mus. publ.]
b in sedili aeneo item, ut videtur, Pompeiano [Neapoli in mus. publ.].

P P litt. cavis

a. b Descripsit Dressel.

---

51 impressum freno aheneo. *a* Pompeiis [in promptuario, sign. n. 118 anni 1880].
b [Neapoli in mus. publ.].

a PILONIVS · FELX bis repetitum sic
b I PILONIVS · FEIX bis repetitum sic

a Dressel descripsit. Ed. Sogliano apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1880 p. 148.
b Dressel descripsit. In fine fortasse fuit X.

52 in manubrio trullae aeneae [Neapoli in mus. duobus ex.].

M · PLINI · FAVSTI

Descripsit Dressel.

---

53 [= 6305, 9] in scutulo aeneo litteris punctatis. Pompeiis.

RET
SECVNB

Rosini diss. isag. tab. XVII; Iorio p. 96; mus. Borb. tom. IV tab. 29.
RET... SECVNDO Ros. Ior.

---

54 in fistulis aeneis duabus [Neapoli mus. n. 111955. 111956].

A · SEI · GNOSTI punctim scr.

Descripsit de Petra.

---

55 [= 6305, 13] litteris punctim scriptis in globo dimidiato lychnuchi aenei rep. Herculanei 27 Nov. 1760 [Neapoli mus. n. 3556].

TIBVRTI · GATIS · sic

Recognovit Dressel. *Antich. di Ercolano* vol. VIII p. 259. 267.

---

56 in manubrio tintinnabuli (aenei?).

VICAR

Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 139.

Staterae, pondera, mensurae repertae Herculanei Pompeiisve (p. 943 n. 8067).

8067 1. Pondere denuo examinato mihi Rossiana lectio improbanda visa est tertioque versu inscriptionis primariae sic esse IJARI/CVLEIII CVVR AEDIL. Prima littera aut I fuit aut L; mox legendum esse ARTICVLEI extra dubium est; duae hastae quae sequuntur clare cernuntur neque ullo modo pro O littera haberi queunt; C certa est; sequitur V, non N; deinde signum nescio quod, sed a litteris contignatis V longe remotum. Omnino lapicida corrupit id quod incidere debebat AD ARTICVLEIAN CVR AEDIL; quod ipsum legitur recte incisum in altero pondere simul reperto. — Etiam in latere ductus incerti sane et evanescentes mihi videbantur recte accipi posse pro P CENT.

8067 5. Sebastianus de Luca nuper in actorum academiae Pontanianae vol. XIII parte 2 (1880) p. 405—417 adiecta tabula optime facta pondera haec tractavit diligentius quam felicius. Nam quod negat pondera esse, magis sibi videri ad textrinam pependisse telarum sustinendarum causa, id ipsa inscriptione refellitur neque ullo argumento nititur praeter ponderis diversitatem a libra Romana, cuius explicationem nos supra proposuimus. Enumerat ex museo pondera LIII quae faciant gr. 492 — 455 — 427 — 416 — 413 — 402 — 397 — 396 — 395 — 393 (duo) — 392 — 386 (tria) — 385 — 382 — 381 (duo) — 379 (duo) — 376 — 375 — 374 (duo) — 373 — 372 — 371 — 370 (tria) — 369 — 366 — 364 — 361 — 359 — 358 (tria) — 356 — 355 — 351 (quattuor) — 350 — 349 (duo) — 348 — 337 — 336 — 323. Haec omnia nihil impedit quominus ad minam Atticam gr. 456.6 redigamus corruptam eam cum neglegentia tum etiam magis fraudulosa imminutione.

8067 6. Haec quoque de Luca l. c. recte pinxit, male legit.

8067 14. Etiam haec de Luca l. c. incidi iussit.

8067 89. 90. 91. Ad eundem ponderum ordinem olim pertinuerunt n. 74270. 74229. 74212, item ad eundem, sed ab illo diversum n. 74271. 74230.

Supellex aurea, argentea, aenea reperta Pompeiis et Herculanei (p. 953 n. 8071).

8071 1. Nuper mihi armillam examinanti numeri XX visi sunt post tempus adiecti esse; quod si ita est, in PAIV quod latet quidquid est, non ad pondus pertineat necesse est.

8071 5. V. 4 non recte incisus est, quarta littera est Є, in fine CVRIA, id est *curio* evidenter legitur. Vidi ipse.

ad n. 8071 48. 'Simillimum similiterque inscriptum prunae vatillum aeneum nuper prodiit in thermis Stabianis in cubiculo signato J in forma Overbeckiana'. Mau.

8071 57. In ed. priore est 6307 64.

8338 sub fulcro aeneo hermae bicipitis item aenei repraesentantis Satyros duos masculum et feminam, quem repertum in vinea prope Pompeios nuper comparavit museum Berolinense (invent. n. 7749). Similes hermae quattuor, sed fulcris carentes extant Neapoli in museo nationali; unum repraesentavit *Museo Borbonico* vol. X tab. 13. Omnes olim in scalis videntur collocati fuisse.

+ III

Mihi exhibuit Georgius Treu. Aperte notae sunt a fabro appositae ut plura exemplaria suo quodque loco collocarentur.

Supellex aurea, argentea, aenea reliqua (p. 957 n. 8072).

8072 9. Laminam vidit Regii Iulii professor Moscato, addens repertam esse videri Bovae. A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.

8072 15. Pro Ghilazza scr. Ghilarza.

8338*a* 1 tessera ferrea formae eius, quam habent gladiatoriae et item ad appendendum perforata. Litterae inversae sunt ut in signaculis. Monteleone [in aedibus Cordopatri].

in latere primo: SECVNDVS
secundo: RVSTICA
tertio: Q Ǝ Ɔ
quarto: CATORNA
in basi: H M

Descripsit Barnabeius a. 1882 ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 395.

2 [= 6305 8] in pectine aeneo Eboli.

CABIRA

Ann. inst. 1832 p. 298.

Massae plumbeae (p. 957 n. 8073).

8073 1. Massa pendet chil. 35 gr. 585, est ex plumbo puro cum particula exigua argenti. Eam Marxius ad nos scripsit repertam esse in fodinis vici *S. Nicolo* prope Portixeddu, chiliom. 8 occidentem versus a Flumini Maggiore. Ibidem prodierunt furnorum reliquiae, in quibus plumbum fusum esse probabile est, itemque tubi plumbei aquae ducendae causa facti. Ipsam massam idem Marxius nuper donavit museo Berolinensi examinavique ibi ego. Verba CAESARIS·AVG leguntur in summa massa circumdata margine qui prostat, scripta litteris eminentibus fusis una cum ipso plumbo; contra numerus CVII (M non adest, sed ante numerum vestigia cernuntur circuli vel O litterae postea excisae) est in latere cultro incisus; hunc qui legit, summae partis inscriptionem cernit inversam. Antiquum esse numerum et ipsum aerugo demonstrat. Apparet igitur massae post fusionem appensae pondus inscriptum esse.

8073 3. Pro *Clianciana* scr. *Cianciana.*

8339 in parte superiore massae plumbeae rectangulae. Rep. est Pompeiis a. 1882 reg. VIII ins. 7.

P · AEMILI · GALLICI

Descripsi. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1882 p. 82.